



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

Seqvitvr Capitvlm Sev Statvtvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

518 SIRICIVS PAPA. CONCILIVM ARCADIVS<sup>2</sup> HONORIVS<sup>3</sup> IMPR.

XXXVIII.

Ibid. ca. 38. Scripturæ Canonicae in ecclesia legendæ quæ  
sint, & præter quas aliæ non legantur.

XXXIX.

Ibid. ca. 39. Ut episcopus minus quam a tribus episcopis  
non ordinetur.

X L.

In Conciliu Carthag. s. c. 6. De his qui in nullo testimonio se baptizatos  
nouerunt, vt baptizentur.

X LI.

Vt Donatistæ in numero laicorum recipiantur.

SEQVITVR CAPITVLVM  
SEV STATVTVM.

Placuit etiam, vt quia in præcedentibus Conciliis statutum est, ne quis Donatistarum cum honore suo recipiatur a nobis, sed in numero laicorum; propter salutem, quæ nulli deneganda est, (tantum autem in opere clericorum ordinandorum in Africa patiuntur ecclesiæ, vt quædam loca omnino deserta sint) seruetur quidem in istis, quod iam antea \* creditum est: sed exceptis his, quos autem non rebaptizasse constiterit, aut qui cum suis plebibus ad communionem catholicam transfire volunt. Sic enim scriptum est: *Quod duobus si conuenerit Christianis, quidquid petierint, impetrabunt.* Non oportet dubitari, quod remoto scandalo diffensionis vniuersæ plebis, in uitatæ pacis compensatione & sacrificio caritatis, aboleantur, quæ maiorum suorum auctoritatem sequentes, repetitione baptismi commiserunt.

tit. 33 T

ANNO  
CHRISTI  
397.

SIRICIVS CARTHAGIN. III. ARCADIVS<sup>7</sup> HONORIVS<sup>5</sup> IMP. 519

Sed hanc rem placuit non confirmari prius,  
quam exinde transmarina ecclesia consulatur. Et  
alia manu:

Aurelius episcopus ecclesiae Carthaginensis, placitis a nobis om-  
nibus confirmatis, exceptis emancipationibus, de quibus consulen-  
dum censuimus, relictis & agnitis, subscripti.

Muzonius episcopus, placitis superius comprehensis, emancipa-  
tione ad tractatum meliorem dilata, subnotauit, primae sedis episco-  
pus prouinciae Byzacena.

\* Maffy-  
liensis,  
\* Tha-  
muda-  
tensis,  
\* Tha-  
baltan-  
ensis,

Victorianus episcopus plebis \* Masiclianensis, subscripti.

Lupianus episcopus plebis \* Tamugadensis, subscripti.

Ninus episcopus plebis \* Tubaltanensis, subscripti.

Philologus episcopus plebis Adrumentanæ, subscripti.

Ferox episcopus Macriensis, subscripti.

Hoc modo & omnes subscripterunt, qui huic Concilio inter-  
fuerunt.

#### APPENDIX AD CONCILIVM HIPPONENSE immediate premissum.

Præsens vero Concilium ordine scripto habebatur in quo-  
dam codice vetus monasterii Sancti Bauonis Flandriæ ciuitatis.  
Verumtamen Canonum ipsius tituli dumtaxat, omissis capitulis, hic  
scribuntur, vitandæ prolixitatis gratia; quod in Concilio Carta-  
ginen. 3. immediate supra habito, fere omnia ad longum ponantur:  
hic autem ad illa remittuntur.

Sciendum quoque, Concilium præsens ob certas causas non ha-  
beri sub numero aliquo, ut in ordine dicatur quartum vel quinimum  
&c. ne forte error committatur propter sequentia Concilia eiusdem  
ciuitatis, quæ in exemplaribus posterioribus sub numero assignan-  
tur. Idem sentiendum est de his quæ immediate sequuntur.

#### N O T Æ.

<sup>a</sup> *Concilium.*] Huius celebrandi ratio, causa & necessitas quæ fue-  
rit, constitutiones illius manifeste ostendunt. Ex pluribus Cartha-  
ginensibus Synodis diuerso tempore celebratis, hanc, quæ ab anti-  
quo collectore tertia nominatur, collectam, adeoque non simpliciter  
vnam esse, Can. 19. 30. 47. & 48. euidenter arguunt; quod in  
notis eorumdem Canonum indicabimus.

<sup>b</sup> *Tertium nomine.*] Si enim, quod infra dicitur, Cæsario & Atti-  
co consulibus habitum fuit, in annum Christi 397. coincidit. Cum <sup>Quotum</sup>  
itaque præcedens Synodus Theodosio XI. & Valentiniiano iuniore  
coll. anno nimirum Christi 424. celebrata sit, negari non potest,  
hanc longo tempore ante illam præcedentem habitam fuisse.

<sup>c</sup> *Capitula.*] Canones quinquaginta, quorum tituli hic assignan-  
to <sup>An 50. Ca-</sup>  
<sup>nones haec</sup>